

# Angers Einschub Weltzeitalter, Schalltagsberechnung und computus (lat)

## SEX ETATIS SUNT MUNDI

Prima ab Adam usque ad Noe, secunda ab<sup>a</sup> Noae usque ad Abraam, tertia ab Habraam usque ad Moysen, quarta ab<sup>b</sup> Moysen usque ad David, quinta a David usque ad Johannem Baptistae, sexta a Johannem Baptiste usque ad resurrectionem Christi. Et sic adserunt seniores, quod sex etatis sint in hominem, quem Deus de limo terre ad similitudinem suam plasmavit. |<sup>1</sup>

## QUALITER INTELLEGERE POSSO<sup>c</sup> BISSEXTO

In sex dies fecit Deus mundo et in septimo requievit. Ergo ut plenius intellegatur, conpotas<sup>d</sup> quantas oras habit annus et dividis illas in septe partis et quantas remanent inde fiat bissextus. Primas conpotas dies ccc quomodo oras: Dici[e]s<sup>e</sup> tricentini sunt iii<sup>a</sup> milia. Item facies bis tricentini sunt dc. ccc fient: Fiunt in ccc dies oras iii<sup>a</sup> milia dc. Item facies decies sexagenus, dc sunt, et bis sexagine cxx fient. Fiunt oras dccxx. Item facies quinquies decenus et bis quini, x [sunt]<sup>f</sup> ecce abis lx. De dies quinque fiunt fieri simul in integro anno dies<sup>g</sup> ccclxv, sunt oras iii milia<sup>h</sup>ccc] lxxx et alias tantas in noctis. fieri simul de dies et noctis |<sup>2</sup> oras octo milia dcclx. Dividis illas in septe partis et remanent iiius; istas iii oras in quattuor annis faciunt diem unum et exinde fiet bissextus.

Bissextum non ob illum diem fieri, ut quandam<sup>i</sup> potant, cum Iosoe sole<sup>j</sup> oravit<sup>3</sup> stare, credendum est, quia illi dies et fuit et preteriit, sed ob hoc dicitur ‚bissexto‘, quod in annum et quemquae minse punctus unus adcriscat. Ponctus vero unus quarta pars ora est; quattuor vero puncti una ora explecant. Ergo in quattuor annis quod sunt duodecem ore, diem faciunt uno. Hoc est: in primo anno iii oras adcriscunt |<sup>3</sup> et in alio et tercio similiter faciunt; cum conpliti fuerunt ipsas duodicem oras, implent diem unum et exind[e]<sup>k</sup> fiet bissextus et ipse dies aderit bissextus.

## INCIPIIT COMPOTUM ANNORUM AB INICIO MUNDI U[S]QUAE<sup>1</sup> ANNUM III THEUDORIGE REGIS

A mundi principio usque a diluvio duo milia ccxlii anni sunt, et a diluvio usque<sup>m</sup> ad Abraam nativitate dccccxl anni sunt; a mundi principio usque quo filii<sup>n</sup> Israhel mistirio caelesti iniciaverunt anni sunt iii milia dclxxxviii; a principio mundi usque ad passionem Christi v milia ccxxviii anni fuerunt; abunde peractis regnum Chlodoveo<sup>o</sup> Chlothoario, Theodorigo et Childorico a mundi inicio |<sup>4</sup> anni sunt v milia dccclxxx in anno tercio Theudorico regis<sup>p</sup>

<sup>a</sup>ab] für ad Fu<sub>2</sub>

<sup>b</sup>ab] für ad Fu<sub>2</sub>

<sup>c</sup>POSSO] = possum

<sup>d</sup>conpotas] = computas

<sup>e</sup>Dicies] für dicis Fu<sub>2</sub>

<sup>f</sup>sunt] ergänzt, fehlt Fu<sub>2</sub>

<sup>g</sup>dies] für dedies Fu<sub>2</sub>

<sup>h</sup>ccc] ergänzt, fehlt Fu<sub>2</sub>: 3600 + 720 + 60 = 4380

<sup>i</sup>quandam] lies quidam

<sup>j</sup>sole] für solo Fu<sub>2</sub>

<sup>k</sup>exinde] für exind Fu<sub>2</sub>

<sup>1</sup>[USQUAE] für UQUAE  $Fu_2$ , so auch Zeu  
<sup>m</sup>usque] a diluvio radiert nach usque  $Fu_2$   
<sup>n</sup>filii] für fillis  $Fu_2$   
<sup>o</sup>regnum Chlodoveo] lies regno Chlodoveo  
<sup>p</sup>INCIPIT ... regis] = Zeu, S. 2

<sup>1</sup>[fol. 180<sup>v</sup>]  
<sup>2</sup>[fol. 181<sup>r</sup>]  
<sup>3</sup>vgl. Ios 10,12f.  
<sup>4</sup>[fol. 181<sup>v</sup>]  
<sup>5</sup>[fol. 182<sup>r</sup>]

# Formulae Litterae Chartae

